



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

IV. Die Markgrafen Otto und Konrad verpflichten sich, die bei der Stadt Rathenow errichtete Burg zu brechen und keine neue wieder zu erbauen, am 22. April 1295.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

etiam retractari, presentes litteras in evidens testimonium desuper conscribi iussimus et Sigillorum nostrorum appensionibus roborari, adhibitis Testibus, qui presentibus aderant subnotatis, ut Hassone de Wedele, Johanne de Oldenyllet, Buffone de Bellinge, Godefrido de Oldenhufen et quam pluribus aliis fide dignis. Datum ratenow, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVIII<sup>o</sup>, quinta feria proxima post Dominicam Misericordia domini, per manum Bernardi Curie nostre Notarii et Cappellani.

Nach dem Originale im Rathesarchive zu Rathenow. — Bei Buchholz IV, 115 mit der falschen Jahreszahl 1283.

### III. Die Markgrafen Otto, Konrad und Heinrich vereignen das Dorf Jederitz der Stadt Rathenow, am 23. Okt. 1294.

Otto, Conradus et Henricus, dei gratia Brandeburgensis et de Landsberg Marchiones, Omnibus In perpetuum. Ne geste rei memoria labente tempore simul cum tempore dilabatur, dignum videtur et est, ut ea, que per nos fiunt, in acta publica redigantur. Hinc est quod uniuersis cristi fidelibus presens scriptum cupimus esse notum, quod dilectis Ciuibus nostris in Ratelow, qui sunt et pro tempore fuerint, villam Gezeriz in vicino ibidem sitam damus jure proprio et in perpetuum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis uidelicet agris, lignis, pratis, pascuis, viis et iuribus, distinctionibus et metis, prout Thidericus de Berenwolde miles fidelis noster hactenus tenuit et possedit, Renuntiantes juri et proprietati nobis in ea competenti. Et ne nostris successoribus detur in posterum occasio malignandi, presentes Literas dictis Ciuibus et Ciuitati dari iussimus et nostrorum sigillorum firmari fecimus munimento. Testes hujus rei et donationis sunt Henricus de Stegeliz, Anselmus de Blanckenborg, Henningus de Jagow et Conradus dictus Rauen marscalcus noster, milites fideles nostri, et q. plures a. f. d. Actum Ratelow, sub anno M. CC. nonagesimo quarto, in die Beati Seuerini Confessoris, et datum per manus Domini Johannis Passeri Capellani et Notarii nostri, Canonici Stendaliensis.

Nach dem Originale des Rathesarchiues. Fehlerhaft bei Buchholz Gesch. der Churmark Brandenburg I, IV, Urk. Anhang, S. 129.

### IV. Die Markgrafen Otto und Konrad verpflichten sich, die bei der Stadt Rathenow errichtete Burg zu brechen und keine neue wieder zu erbauen, am 22. April 1295.

Otto et Conradus, dei gratia marchiones brandenburgenses, omnibus in cristo fidelibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Que felix donat voluntas principum aut roborat ordinando, fulciri solent testimonio litterarum, ne eorum posteris exinde aliqua dubietas oriatur. Inde est quod tenore presentium ad uniuersorum notitiam cupimus peruenire, quod inspecta uniuersa paupertate et victus necessarii acquisitionis infirmitate solertium virorum fidelium nostrorum et dilectorum Burgensium nostre Ciuitatis Rathenow et propter veram amoris dilectionem et fidelitatem, quam ad

Hauptzeit I. Bd. VII.

52

ipfos gerimus specialem, deliberatione prehabita et vnanimi consensu nostro et totius nostri consilii castrum nostrum apud nostram predictam civitatem Rathenow constructum funditus infimus desolari ob hanc causam, quod predicta nostra civitas Rathenow et castrum notatum se nequeant in simul continere nec communire. Insuper et locum dicti castri cum ejus lapidibus eisdem Burgensibus nostris fidelibus dilectis dedimus prenominitis ad emendam nostram civitatem et edificandam Rathenow memoratam. Promittentes eidem, quod nos et nostri successores nullatenus in futurum aliquod castrum inibi aut extra apud civitatem Rathenow erimus fundaturi aut populo aliquo inoportuna hospitalitate et vltra quam ipsis Burgensibus dilectis nostris fidelibus conueniat dictam Rathenow nostram civitatem nullo modo grauaturi, Volentes nichilominus prefatos burgenses nostros fideles dilectos in sua Justitia eque nostris civitatibus dilectis Brandenburgensibus in omnibus partibus suis et articulis penitus dimittere et conseruare. Vt autem huiusmodi gracie confessio (sic) per nos nostrosque successores hereditarios futuris temporibus immutari nequeat aut etiam retractari, presentes Litteras in euidens testimonium desuper conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Adhibitis testibus qui presentibus aderant subnotatis, vt haffone de wedele, iohanne de oldenflit, buffone de bellinge, gotfrido de oldenhufen, henrico de stegeliz, Anselmo de blanckenborg, henninggo de jagow, Conrado dicto Rauen nostro Marscalco, nostris fidelibus et quam pluribus aliis fide dignis. Actum et Datum Ratenow, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. nonagesimo quinto, feria proxima sexta post Dominicam Misericordia domini, per manum Johannis curie nostre Notarii et Capellani.

Nach dem Original im Magistrats-Archive. Fehlerhaft in Gercken's Frag. march. II, 28, 29 und Cod. V, 333

#### V. Markgraf Woldemar verzeiget der Stadt Rathenow den Hof Rodenwolde, am 18. Juni 1319.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio, Recognoscimus publice in hoc Scripto, quod inspecta necessitate et defectu, quibus cives nostri de Rathenow opprimuntur, ipsis civibus nostris presentibus et futuris habita deliberatione matura dedimus et presentibus literis donamus pro defectu huiusmodi sublevando proprietatem Curie Rodewalde cum omnibus ad ipsam spectantibus in Silvis, pratis, pascuis, agris, cultis et non cultis, paludibus et distinctionibus ad ipsam spectantibus possidendam perpetuo jure civitatis, absque omni onere Servitii et precarie cujuslibet, et cum summo et imo Judicio, et quicquid nos in ipsa habuimus, quodque nobis vel nostris possit competere Successoribus ex causa quacunque, Renunciantes dicte \*) proprietati ac omnibus ad ipsam curiam spectantibus simpliciter et in totum. Et ne de hac nostra donatione dubium circa aliquem oriator, presentem literam super eo dari iussimus nostri Sigilli robore communitam. Testes hujus rei sunt Everhardus Prepositus Berlinensis, Hermannus de Luchow nostre Curie Capellanus, Matthias de Bredow miles, noster Advocatus, Gherardus de Kerckowe, Bröfeko noster Pincerna, milites, cum aliis fide dignis. Actum et datum Tangermund, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, feria secunda proxima ante festum S. Johannis Baptiste.

Nach einer Copie der Joachimsthalschen Schulbibliothek und dem Grund- und Lagerbuche der Stadt Rathenow vom J. 1744. — Das Original ist jetzt nicht mehr vorhanden.

\*) Lagerbuch: nostre.